



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

17. Dies Augusti. Qualis vis esse, dum Deum oras, talis semper esto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

duo millia , ducentas viginti quatuor numerum
 pervenerat, uno die , cum subeunte tadio delicti
 Tu opta non octoginta annos : verum octoginta
 culorum milliones , & integram insuper , si con-
 queretur æternitatem : ut toto hoc tempore ter-
 cari possis formidabili Dei Majestati per confirmata
 adorationes corporis: quod nihil omnino sic ad-
 ri dignum sit , atque immensum ejus Numen , Ne-
 ergò, quantum potes, tantum te submitte coram
 coram quo submittitur omnis altitudo, dicens :
 intelligat mundus , quia agnosco me figmentum
 manuum tuarum : te verò, supremum animarum
 Principem , submissimam totius corporis reverentiam
 me ad pedes infinitæ Majestatis tuæ abjicio , te
 que hanc esse gloriam meam non modò summam
 sed solam, quod sim aliquid tui, & nihil mei : & tu
 ad te spectans, ut pendeam ex Te totus, & esse meum
 omni modo Tibi, ceu toti suo necesse habeat ad-
 rere. Illud quoque opto, ut producere vitam ad mor-
 di usque interitum liceret, nec aliud in momenta
 gula vitæ meæ negotium foret, nisi per modum
 magii, & subjectionis clientelaris, tot omnis generis
 adorationes facere, quot radios spargit mundi or-
 lus, Sol, orbi huic universo lucem impartiens, Sa-
 dorando, quilibet exorabis, nisi vanus sit is, qui
 panxit :

Is facile exorat, suplex qui Numen adorat.

17. DIES AUGUSTI.

Qualis vis esse, dum Deum oras, talis semper es.

Sextus Pythagoricus in sententiis.

Augustus.

Tessera.

643

Oratio. I

Ubi præcessit Adoratio, sequitur Oratio, quæ est mentis ad Deum ascensus. Dignus eris illo ascensu, si toto nitaris co-

ratu, ut juxtà Tesseram, semper sis talis, qualis oraturus Deum. Quales porrò sumus, cùm Deum oramus, insinuat Chrysostomus: (a) *Per Divinum colloquium illud assequimur, ut & mortales, & temporariis deſinamus: naturâ quidem mortales, sed colloquio, consuetudine quem cum Deo habemus, ad immortalitatem tranſeuntes.* Quanta illa pro nobis dignitas, ut cum sit Deus ineffabilis, sit super omnes affabilis. Tanta Majestas cæli, submittit se ad colloquia cum miculis terræ. Et tamen tanta est hominis rutilitas, dicam, an cæcitas? an pravitas? ut cum Deo habere colloquium, sit illi fastidium. Insigniter mentis est homo, si dicat se diligere Deum, & in pectore suo morantem non alloquitur. Amicitia muta, non distinguitur ab odio. Quod si nolis vel tantillum, Deum revereri, velis saltem tui misereri: si, ut scies, tibi non suadet charitas, saltem persuadeat nequitas. Si hanc ignores, intellige ex D. Chrysostomo: (a) *Nos, qui ad incerta consurgimus, qui inter incertis diem ducimus, qui horarum varietates, momentorum motus, verborum lapsus, actuum pericula sustinemus. Quid est, quod Ecclesiam manè nolumus invocare? Quid est, quod matutinâ prece, totius diei custodiam nolumus postulare? Quid est, quod homini adstante toto tempore libet? Manicemus, & oremus, vel humano timore, si non amore Divino, si non invitati bonis, vel coacti malis,*

Sf 2.

II. To-

(a) Orat. I. de Orat. (b) Serm 33.

II. Totus, quantus es, non es, nisi miseria, ignorantia, totus inopia. Unicum præsidium tibi perest, quo possis esse eximius à miseria, & ignorantia sapere, & liberari tuâ egestate, Oratio. Summoperè placet Deo, sibi offerri occasionem exhibendæ suæ beneficentiæ: ideò enim creavit omnia, ut haberet, quæ & quibus donaret. Cùm vero oramus, urgemus Deum ad hoc, ad quod tota natura suâ propendet, videlicet, ad dandum. Ideò acceptissimæ sunt illi orationes nostræ, quia instaurant indignitatem ex peccato, exhibitâ Deo occasione faciendi per eas illud, propter quod fecit omnia, quod est benefacere. Non potest Deus se continere à largiendo: ardet jugiter benefacere; ideò impensè nos ad hortatur, ut sine intermissione rogemus; quia sine intermissione cupit dare: quomodo ergò privamus non Deum suo voto, & nos ipsos nostro bono? Ut autem, quod petimus, extorqueamus; induamus nos meritis JESU Christi; non nobis, sed Christo petimus. Si tu pauperi stolanti eleëmofynam in nomine Christi credidisti Christo impertiri; idem faciet Pater tuus. Si ronaveris, quando per Christum aliquando petieris, quantò promptiùs Deus movebitur ad eleëmofynam? Annè minùs misericors est Deus, quam miser?

III. Si oportet cum Dynastis agere, quot de voranda sunt tædia, quantò studio sunt captanda mollissimæ occasiones adeundi? Ad Regale illud sedes cretum, semper velum reductum est, patet introitus ad Solum divinitatis: cœlestes illi Palatini nos repellunt; sed deducunt potiùs nos, & invitant. Præ-

Augusti
quanta De
oboleus
cum eo lo
manum;
ri: è collo
dibili con
dus, & gr
mortales p
lentis affec
tur indies
estorum
dus, ut ore
D. Augusti
mente. N
tus, quan
nt. Danie
repudiant
rid sum d
Deus. S
cordis, qu
non lingu
prepitus l
sue modul
devotione
abia non
Pœta;

No

I

Præmiu

Psalm.

[2] Aug

l. 3. c. 8.

quar

Augustus.

quanta Dei dignatio! pædore plenus, sordibusque obsoletus, cum voluerit, potest ad Deum accedere, eum eo loqui; & non modò Sacram Purpuram, ac manum; sed ipsum quoque os, atque pectus suaviter: è colloquio redire opulentus, & delibutus incredibili consolatione, & virtutum ornamento splendidas, & gratiâ coronatus. Itaque, mirum non est, si mortales plurimi cæcutiant; si repant humi, turbulenti affectionibus, ut fluctibus hausti; si debilitentur indies amor ad res divinas, & ad omne genus honestorum officiorum, ac virtutum. Non est quærendus, ut ores, locus, cum ubique sit Deus. Hinc rectè D. Augustinus: (a) *Cum oras, clama; non voce, sed mente. Nam & tacentes exaudit Deus; nec queritur mens, quantum sensus. Jeremias confortatur in carcere; Daniel inter leones exultat: tres pueri in fornace propudiant: Job nudus in sterquilinio triumphat; Paulus de cruce Latro invenit; non est locus, ubi non sit Deus.* Sis magis, dum oras, sollicitus, de clamore cordis, quàm vocis; clament opera, non verba; vita, non lingua. Nam benè D. Isidorus: (b) *Quid prodest prepitus labiorum, ubi cor est mutum? sicut enim vox sine modulatione, est quasi vox porcorum: sic oratio sine devotione, est quasi mugitus boum.* Sola, dum oras, labia non expungent crimina. Ad verba mea alludit Poëta:

Non poteris labiis orando eradere labe.

18. DIES AUGUSTI.

Premium Dei; ipse Deus est. *Sanctus Augustinus in Psalm. 72.*

[a] *Augustinus serm. de Quadrage.* [b] *De sum. bon.*
l. 3. c. 8. I. Ex